Communitas Viguerie Confie° Priuil:

35. Carolus etc. Ad perpetuam rei memoriam Notum facimus tenore presentium
Universis Quod cum nobis ex parte nostrorum et Imp. sacri fidelium
dilectorum Comunis et civium opidi Viguerie humiliter supplicatum
fuerit ut privilegium quondam fe. me. Ludovici Roma. Imp.
predecessoris nostri dicto opido concessum ratificare confirmare
et approbare dignaremur cuiusquidem privilegii tenor sequitur
in hec verba Ludovicus dei gratia Rom. Imp. semper augustus
Universis sacri Rom. Imp. fidelibus presentes litteras inspecturis
gratiam suam et omne bonum Vigilanti studio et velut continuo noctes
insompnes ducimus quomodo nostris et sacri Rom. Imp. fidelibus max-
ime hiis qui ex fervida fidei et devotionis sue affectione mul-
ta onera subeunt et dampna multiplicia sustinent in recompensam
laborum suorum consolationes constituimus salubribus fulcimentis
Cum itaque fideles nostri Imperii Comune et cives burgi Viguerie consti-
tuti in confinibus territorii Papie versus dictos et rebelles
sacri Imperii ex guerra continua quam ipsi rebellibus ob
honorem Imperii movent et ipsi eis vicenarsa a longo tempore
moverunt dampnis impensis et expensis afflicti sunt graviter
et contriti hinc est quod nos eorum constantiam et supplicationi nobis
humiliter hiis diebus porrecta per sapientes viros Robertum
[illegible] et Thomam Calderarium Ambasiatores et sindicos
nomine eorum predictis suum verum volumus auditorio nostre cle-
mentissime pietatis Vos concedentes Comunitati fidelibus nostris burgi
Viguerie de gratia speciali quod de qualibet soma grossa que ap-
pellatur soma mala mercandia sit cuiuscumque qui transeat
et venerit dictum burgum sive transiverit territorium ipsius
Viguerie(?) Imperiales et de qualibet soma bona denarios et octo(?)
Imperiales pro pedagio exigere et libere recipere valeat
atque possint et ipsi mercatores quicumque tale pedagium dare
et solvere ipsis debent ac teneantur et contradictione postposita
pretermissa tamdiu donec dictum comune satisfecerit de debitis debitis
suis que ad honorem Imperii ut premittitur dinoscitur contraxisse
Concedimus et et donamus predictis nostris fidelibus de gratia
statuentes et decernentes quod eis agere a burgo Viguerie super habendo
uti et possidendo pleno iure atque nec liceat alicui persone